INNOCENTIUS PP. XII.

Venerabilis frater salutem et Aplicam ben. Exponi Nobis nuper fecit dilectus filius Modernus Praeceptor seu Commendatarius Praeceptoriae seu Commendae Loci de Villafames Militiae
[illegible] Alphonsus, dum vixit, Aragoniae Rex vigore cuiusdam pragmaticae Sanctionis,
necnon in gratiam tunc existentium Dominorum dicti Loci, Iurisdictionem Loci huiusmodi in Superiorem, quae penes dilectos filios Universitatem et Homines eiusdem Loci remansit,
ac inferiorem, quae abinde citra ab eodem Alphonso Rege Alphonsina nuncupata fuit, diviserat, pro tempore existens Praeceptor seu Commendatarius Praeceptoriae seu Commendae
huiusmodi, sive illius Minister Inferiorem seu Alphonsinam Iurisdictionem praefatam administravit, seu administrare praetendit, acerrime tamen ab Universitate, et Hominibus praefatis
impugnatam usque ad annum MDCLXIX, quo a Regio Consilio Valentiae vigore Sententiae per Supremum Aragoniae Senatum approbatae declaratum fuit eidem Praeceptori
seu Commendatario Inferiorem seu Alphonsinam Iurisdictionem praedictam, quae in cognitione nonnullarum Causarum Civilium, aliarumque ad mixtum imperium pertinentium
consistit, competere, ac proinde duos in posterum eligendos esse Iudices, vel Iurisdictionis dicti Loci Administros, quorum scilicet alter Superiorem, alter vero Alphonsinam
seu Inferiorem Iurisdictionem huiusmodi administrare deberet: Porro uterque in exercenda Iurisdictione Alphonsina praedicta pro quolibet delicto suas capit informationes, postea
vero discutitur ad quem spectet cognitio causae, ac in prolatione seu publicatione Sententiae quilibet illorum intervenit, et mulctae seu poenae pecuniariae ex Iurisdictionis Alphonsinae
huiusmodi administratione provenientes inter duas Iurisdictiones praedictas dividuntur, portio tamen Praeceptoris seu Commendatarii praefati quindecim Scuta monetae unquam
excedit. Cum autem [illegible] indicandi modo [illegible]
a Charissimo in Christo filio [illegible] Hispaniarum Rege Catholico tanquam dictae Militiae Administratore perpetuo auctoritate Apostolica deputato memoratam Iurisdictionem Alphon-
sinam sibi concedi petierint, ita ut utraque Iurisdictio ab Ordinario Loci minori dispendio et magis expedite administretur; ipse vero Modernus Praeceptor seu Commendatarius
nedum ob evidentem Praeceptoriae seu Commendae supradictae utilitatem, verum etiam ut finis frequentibus dissidiis et Litibus imponatur, eandem Iurisdictionem cedere paratus sit dum-
modo tamen iidem Universitas et Homines [illegible] remittitur, provenientium, annuum [illegible] huiusmodi solvant, nempe mille ad favorem praedictae Praeceptoriae seu Commendae, ex quibus loco praefatorum
quindecim Scutorum ex mulctis sicut [illegible] pariter commode percipientur, reliqua vero mille ad favorem Mensae Magistralis praedictae
Militiae investienda, dictusque Carolus Rex suum in id assensum iam praestitit: Propterea dictus Modernus Praeceptor seu Commendatarius humiliter supplicari fecit, ut sibi in
praemissis opportune providere de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur eundem Modernum Praeceptorem seu Commendatarium specialibus favoribus et gratiis prosequi
volentes, et a quibusvis excommunicationis, suspensionis et interdicti, aliisque Ecclesiasticis Sententiis, censuris et poenis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum
praesentium dumtaxat consequendum harum serie absolventes et absolutum fore censentes, huiusmodi supplicationibus inclinati, de Venerabilium fratrum nostrorum S.R.E. Cardinalium Concilii Tridentini
Interpretum [illegible] Caroli Regis, tanquam perpetui dictae Militiae Administratoris [illegible] missa, Fraternitati tuae per praesentes committimus et mandamus, ut veris existentibus
expedire, eidem Moderno Praeceptori seu Commendatario petitam facultatem cum [illegible] legitimo accedente consensu, postquam comperies praemissa, si [illegible]
conscientia gratis impertiaris. Non obstantibus fel. rec. Pauli II et aliorum Romanorum [illegible] ius expressis conditionibus concordandi auctoritate nostra Apostolica pro tuo arbitrio et
et Ordinationibus Apostolicis, ac quatenus opus sit, dictae Militiae aliisve quibusvis [illegible] Pontificum Praedecessorum nostrorum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus
Privilegiis quoque, Indultis et Litteris Apostolicis in contrarium praemissorum quomodolibet con[illegible] iuramento, confirmatione Aplica, vel quavis firmitate alia roboratis Statutis et consuetudinibus
et sufficienter expressis et ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robore permansuris confirmatis et innovatis. Quibus omnibus et singulis illorum tenores praesentibus pro plene
contrariis quibuscumque. Volumus autem, ut praefata duo millia Scutorum in actu con[illegible] ad praemissorum effectum hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus, caeterisque
Pietatis, aut Personam fide et facultatibus idoneam deponantur, inde non amovenda [illegible] solutionis unico contextu, sicut supra expressum est, convertantur, vel saltem penes Montem
nisi ad effectum illa sic convertendi. Datum Romae apud Sanctam Mariam Maiorem
Sub Annulo Piscatoris Die [illegible] Novembris MDCXCIII. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

[illegible] Card. Albanus